

Neapoli, descripta saec. XV et saepius saec. XVI (X 1574). — 1) A. 56. — 2) De his rasuris pars certe auctorum diserte monuit; appareat erasa esse vocabula Neroni et postea Agrippinae. — 3) Deesse aliquid in fine appetat, non traditur.

227 Neroni Claudio | divi Claudi f., | Germanici Caesar[is n.], | Ti. Caesaris Aug. [p]ro[n]., | divi Aug. a[bn.], | Caes. [Aug. Germanico], | pont. max., | trib. pot. III¹, | imp. III, cos. II, | cos. design. II[I]². | CCXXII.

In Hispania non longe a Gadibus rep., lapis eiusdem viae, cuius supra N. 225 (II 4734 semel descriptus saec. superiore). — 1) 15 Oct. 56/57; titulus positus a. 57, propter consulatum alterum. — 2) Consul iterum Nero fuit a. 57, tertium a. 58 Ceterum numeri huius tituli firmantur lapide Olisiponensi II 483.

228 Nero Claudius | díví Claudi f., | Germarmanici (*sic*) Cae[s.] | n., Ti. Caesaris Aug. pro[nep.], divi Aug. abnepos, | Caesar Aug. | Germanicus pontif. | max., tr. pot. IIII¹, imp. IIII², cos. | III, p. p., restituit.

*In provincia Narbonensi in vico Camp-Dumy, pertinuit ad viam Foro Iuli Aquas Sextias ducentem (XII 5471 descriptis Hirschfeld; eiusdem viae alii lapides cum eadem inscriptione XII 5459. 5469. 5473—5475). — 1) 15 Oct. 57/58; titulus positus est post kal. Ian. 58, propter consulatum tertium. — 2) In eadem tribunicia potestate quarta Neronem appellatum esse etiam imperatorem quintum constaret, si constaret accurate descriptos esse numeros lapidis Bithyni III 546; contra si fides est exemplis lapidum Lusitaniae II 4652. 4683, Nero etiam in tribunicia potestate quinta per aliquod tempus remansit imperator quartum; hoc constat, post paucos menses tribuniciae potestatis quintae eum fuisse imperatorem sextum (*infra* N. 229 v. 41). (Manifesto corruptum est exemplum lapidis Lusitani II 4657, ubi cum tribunicia potestate quinta coniungitur imp. III).*

Ex actis fratrum Arvalium a. 58. 59.

229 Isdem cos.¹ III idus Octobr.² L. Salvius Otho Titianus³ mag. 10 collegi fratrum Arvalium nomine | immolavit in Capitolio ob imperium Neronis Claudi Caesaris Aug. Germanici Iovi b(ovem) | marem, Iunoni vaccam, Minervae vacc(am), Felicitati publicae vacc(am), Genio ipsius taurum, | divo Aug(usto) b(ovem) marem, divae Aug(ustae) vaccam, divo Claudio b(ovem) marem. In collegio adfuerunt: | L. Salvius Otho Titianus mag., C. Piso, C. Vipstanus Apronianus, M. Valerius Messalla Corvinus, | A. Vitellius⁴, Sulpicius Camerinus, P. Memmius Regulus, T. Sextius Africanus. |

15 Isdem cos. VIII idus Nov.⁵ L. Salvius Otho Titianus mag. collegi fratrum Arvalium nomine | immolavit in Capitolio ob natalem Agrippinae, Aug(usti) matris, Iovi b(ovem) marem, Iunoni vac(cam), | Minervae vaccam, Saluti publicae vaccam, Concordiae ipsius⁶ vaccam. In collegio adfuerunt: | L. Salvius Otho Titianus mag., C. Vipstanus Apronianus cos. design., L. Piso L. f., P. Memmius Regul[us]. |

20 Isdem cos. pr. non Dec.⁷ L. Salvius Otho Titianus mag. collegi fratrum Arvalium nomine | immolavit in Capitolio ob tribunic(iam) potestatem